

etare ſentit Trullench in illius expoſitione Dub. 3. in ſine. Quod tamen ita compertum non eſt, vt ex eo ſequatur poſſe compoſitionem facere ſine Bullæ exhibitione.

Centior compoſitio, qua ſine Bullis fit, contra Trullench.

P. Henriquez verosimiliter loquitur.

Pro Commiſſario generali qualiter præſumendum.

Taxam à Pontifice non ignorari.

Sufficiens cauſa pro compoſitione ne neceſſaria.

In caſu non frequentiori an ſubdelegatus commiſſarius

235 Sic autem fieri poſſe vt certum admittunt Scriptores; immò P. Henriquez Lib. 7. de Indulgentiis Cap. 34. hunc compoſitionis modum reputat tutiorem, quia cum pro maiori ſummâ fiat, plus in illo apparet ſatisfactionis, minor enim reſtat ſummâ ſoluenda, ſi compoſitio non ſubueniret; ſicut in Indulgentiis ea certior, cuius maior eſt cauſa, vt communiter Doctores obſeruant. Sed Trullench Dub. citato num. 4. aequè tutum vtrumque exiſtimat, quia modus vterque eſt licitus, & à Commiſſario Papæ auctoritate diſpoſitus, & qui per Bullæ traditionem facilius pro maiori ſummâ in belli ſubſidium comparanda. Sed certe P. Henriquez pro ſe habet multos; qui videri poſſunt circa num. 4. in Gloſſa. L. T. & Z. valde enim dubitant illi de compoſitione, quando minimum eſt id, quod datur, & hac ratione varietas notabilis circa compoſitionem accidit: nam cum annis præteritis per quamlibet Bullam componerentur quinque mille mercedum, modò tantum biſ mille componuntur. Erat ergo compoſitio prior minus conueniens, & animaduerta doctrina grauium Scriptorum circa hoc aut dubitantium aut aperte loquentium, potuit ſummâ compoſitionis augeri: licet adhuc ea poſita, prædictorum Auctorum aſſertioni non ſit plene ſatisfactum. Poſſet ergo conuenienter dici compoſitionem ſine Bullâ eſſe tutiorem, quia ob maiorem ſummam fit. Quamuis autem modus alius ſit minus tutus, cum tamen probabilibus nitatur principiis, ſufficiens eſt ad conſcientias tranquillandas. Debet enim pro Pontifice in dubio facti præſumi, vt etiam admonet Cardinalis Lugo Diſput. 6. de Iuſtitia num. 150. & Diſput. 21. num. 95. Sed cum compoſitionis taxa non à Pontifice, ſed à Commiſſario fit, non eſt ſimilis obligatio ad præſumendum pro illo, licet eius auctoritas validam fundet coniecturam in re tantâ cum conſilio doctiſſimorum hominum procedentis. Vbi doctrina citati Cardinalis Diſput. 21. num. 94. opportunè cadit: ait enim quod licet taxa Bullæ non fiat à Pontifice, ſed illa Commiſſario remittatur; non eſt credibile illum eandem ignorare, & eorum aliquem ſaltem errorem Miniſtri ſui minimè tolerabilem in re tanti momenti nequiquam correxiſſe. Quæ coniectura verosimilis eſt, ſed quæ certitudinem non inducat: cum ſit aliâ ſententia eiſdem Cardinalis num. 95. citato §. Diſtinguendum. Pontificem non poſſe compoſitionem concedere pro omnibus debitis incertis ſine ſufficienti cauſa, quæ ſi reipſa non ſit talis, compoſitio erit nulla: pro quo & alios adducit §. præcedenti. Ad ſufficientiam autem cauſæ etiam quantitas compoſitionis conducit, vt eſt clarum: quod totum in facto conſiſtit, in quo nequit eſſe omnimoda certitudo. Quidquid de hoc fit

236 Vterius inquiri an Commiſſarius ſubdelegatus poſſit facere compoſitionem ſine Bullâ, quando quantitas numerû Bullarum excedit in minori quantitate quàm ſit Decima pro centû à Generali Commiſſario designata. Et commu-

niter quidem nequit, quia aliâ taxa eſſet inutiliſ, quod dici nequit, cum ab eo designata fit; qui circa hoc ſupremam habet poteſtatem à Pontifice delegatam. Difficultas ergo eſt pro caſibus raro contingentibus, vt ille, in quo ego interuentor extiti, cuius opera quantitas ſexaginta milliû octi-regalium compoſitionis eſt beneficio temperata. Inſtabat debitor in caſu tali debere ſibi decimæ rigorem emolliri, non vſuro aliâ compoſitionis remedio, ſed aliud ad conſcientiæ tranquillitatem quaſituro. Sex ergo pro centum offerebat, & vt poſſent admitti, rationes iſtæ ſuccurrebant. Prima, hoc non eſſe contra diſpoſitionem aliquam Pontificum; ſed ſolum deuiare ab inſtructione Commiſſarij, qui ſicut designauit decem, potuit ſex, aut minus aliquid assignare. De Commiſſarij autem voluntate verosimiliter poſſe præſumi, quia ille in ſuâ commiſſionis exercitio id præcipuum attendit, vt ad Regios ſumptus contra infideles maximam pecuniæ copiam per licitas compoſitiones exhibeat: atqui hoc compoſitione tali conuenienter aſſequitur, quæ ſi non fiat, maximum Rex noſter emolumentum amitteret: ergo merito poteſt de illius voluntate præſumi. Vbi communis illa & frequenter vſurpata Scriptorum doctrina quadrat, ſi quando aliâ, de præſumptione, ratiſhabitione, coniecturis: pro quo videri poſſunt Doctores, quos adducit P. Thomas Sancius Lib. 3. de Matrimonio Diſput. 35. num. 15. & Gloſſa in Cap. Ratiſhabitionem, de regulis iuris. Hic enim Regium intereſſe vertitur ſine damno tertij, quod ſummum habet pondus, vt nihil videatur poſſe in contrarium, quod momenti ſit alicuius, adduci.

237 Alia ex temporis circumſtantiâ deſumpta. Cum enim Rex noſter calamitoſis temporibus magnâ indigeat pecuniæ copiâ vt bella poſſit ingruentia vndique ſuſtinere, incredibile eſt compoſitionem iſtam, quæ abſolute fieri poteſt, ſibi gratam non futuram, & conſequenter Commiſſario, qui, vt diximus, in hanc maximè curam incumbit. Vnde quod de ratiſhabitione dictum, plus hac additâ circumſtantiâ vrget. Et licet plures ſint, qui ratiſhabitionem de futuro conſenſu ſufficientem non eſſe dicant, vt vidimus n. 216. id tamen eſt in materiâ Sacramentorum, quando ex conſenſu alterius valor eorum pendet, vt in Confeſſione, & Matrimonio, non verò in aliis, quorum valor ſtare poteſt independenter ab omni aliâ voluntate præter voluntatem conferentis: vt videri poteſt apud P. Sancium ſuprà num. 17. & 24. Præterquam quod ratiſhabitio in caſu iſto poteſt non tantum de futuro, ſed etiam de præſenti cenſeri: quia Commiſſarius in eâ eſt ſemper moraliter voluntate, vt Regiis commodis ſuo ſeruiat officio, & nihil contrarium velit. Et vt deus in actuali voluntate non eſſe, de præteritâ eſt valde verosimilis coniectura, ſaltem cum officium auſpicatus eſt, & Dei, ac Regis ſeruitio ſuam induſtriam dedicauit. Ratiſhabitionem autem de præterito ad ſimilia ſufficere, communis reſolutio eſt: & in ordine ad audiendas Confeſſiones, in quo omnium maxima difficultas eſt, ſufficientem eſſe docent plures, quos adducit & ſequitur P. Sancius ſuprà num. 21. & iuxta hunc explicandi modum verosimilior dicenda eſt ſententia

poſitionem concedere poſſit in minori quantitate, quàm taxa habeat.

Prima ratio pro parte affirmatiua, ex præſumpta Commiſſarij voluntate.

Secunda ex temporis circumſtantiâ.

Ratiſhabitio de futuro quanto valent.

De præterito uero.

De futuro notanda explicatio.

Tertia ratio ex caſus raritate, de quibus leges non tractant.

Et pro quibus Episcopi, cuius explicatio condicio.

D. Thom.

Quarta ex probabilitate, ratione & auctoritate in ſententiam.

tentia eorum, qui affirmant abſolute ratiſhabitionem etiam de futuro in Confeſſario ſufficere, vt non uelint illam eſſe deſuturo, licet de futuro videantur exponere, ſed de præſenti, aut præterito; quia ſemper miniſter huius Sacramenti ordinarius in eâ fuit voluntate, vt omni rationabiliter de ſua voluntate præſumentem licentiam uelit concedere; quæ voluntas moraliter perſeuerat, quia non eſt credendum uelle illum tot ſacrilegia fieri, & oues ſuas ad eò grauiâ animarum ſubire diſpendia. Cuius iudicium eſt expreſſa ratiſhabitio, quando factum agnoſcit, vt non tunc ualere actus incipiat, ſed valor illius præteritis comprobetur.

238 His ratio tertia iungebatur, ex eo quod caluſ eſſet extraordinarius, & de quo non ſit arbitrandi facultas denegata. Vix enim tale aliquid vnquam accidit, ſi ſcilicet ingens adeò ſummâ in compoſitionem uenerit. Quando autem caſus extraordinarius eſt, non ſolent de illo communes leges procedere, ſed aliquod iudicium arbitrium reſeruat. Legislator enim non potuit omnes caſuum contingencias præuenire, & ſi uellet legem ad omnes extendi, damnoſa eſſet multoties diſpoſitio: quod tamen non eſt admittendum in eo, qui de communi bono ſpeciale ſollicitudinem gerit; qui eſt ſecus uellet, minimè in eo eſſet audiendus, cum lex ad præiudicialia nequeat extendi. Pro quo uidentur P. Suarez Lib. 6. de Legibus Cap. 7. num. 3. 11. & 13. & P. Palauſ Tomo 1. Tractat. 3. Diſput. 1. Puncto 3. §. 2. Et circa huiusmodi caſus uerſatur Epikœia, quæ correctio legis dicitur, quia iuxta Ariſtotelem Lib. 3. Ethicorum, cap. 10. legem emendat in eo, in quo illa peccat. Quod ita intelligendum eſt, non vt lex peccare poſſit omnem actum contingentem comprehendens, uerè enim non comprehendit, niſi rationabiles, & communi bono congruentes; ſed quia ſupplet id, quod lege caueri non potuit, quia non potuit ad omnes actus deſcendere: unde generalitatem illam, ſecundum quam loquitur, limitat, & ita quaſi emendat. Quod bene citati Doctores explicant, & alij apud ipſos, atque ante omnes Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 96. art. 6. alibi datus, ſed hic etiam audiendus, dum ſic in Corpore loquitur: Quia legislator non poteſt omnes ſingulares caſus intueri; proponit legem ſecundum ea, quæ in pluribus accidunt, ſerens intentionem ſuam ad communem utilitatem. Vnde ſi emerget caſus, in quo obſeruatio talis legis ſit damnoſa communi ſaluti, non eſt obſeruanda, &c. Luculentius autem 2. 2. quæſt. 120. quæ eſt de Epikœia, in cuius Articulo 1. ſic loquitur: Legislator attendit ad id, quod in pluribus accidit, ſecundum hoc legem ſerentes: quam tamen in aliquibus caſibus ſeruare eſt contra equalitatem iuſtiæ, & contra commune bonum, quod lex intendit, &c.

239 Addebat & quarta: nam dubitari nequit pro parte hac. probabilem rationem extare, cui probabilitati auctoritas ſic iudicantium maius pondus conciliabat: hoc autem ſufficiens eſt ad diſpenſationem legis in iudice inferiori, vt tradunt P. Azor Lib. 7. cap. 29. Quæſt. 6. P. Thomas Sancius Lib. 8. de Matrimonio, Diſput. 17. num. 8. Diana Parte 1. Tractat. 10. Reſolut. 33. & alij. Quia non eſt credendum aliam eſſe Pontificis intentionem circa ſuas leges, ac Dei circa ſuas, in

240 Tandem ex eo pars iſta firmabatur, quia benigno hoc compoſitionis modo moueri alij poſſent ad eandem poſtulandam. Quod quidem non oberat quominus caſus iſte deberet raro contingens iudicari; quia vt aliquot compoſitiones tales fierent, ſpecialis concurſus circumſtantiarum inerat, nuſquam aliâ uilus, & uinam nec uidentur. Hinc ergo maius commodum compoſitionis eam magis uerſimilem efficiebat; immò & neceſſariam, quia magna utilitas pro neceſſitate computatur: vt eſt communis ſcriptorum doctrina, & amiſſio lucri pro damno habetur: unde & ratione illius benigna eſt interpretatio legis facienda, vt docent P. Suarez ſuprà, num. 14. & P. Palauſ num. 3. In noſtro autem caſu non unius tantum lucri iactura erat, ſed plurium, unde Commiſſarij lex potuit benignè interpretari.

241 Propter quæ à Commiſſario Prouinciæ de los Charcas, qui Commiſſario Generali immediate ſubeſt, licet in nonnullis obſequi Limano debeat, cum Regij Auditoris, & Quaſtoris eiſdem Tribunalis Conſilio, compoſitio modo dicto facta eſt, ad rationem ſcilicet, ſex pro centum. De quo cum ad Limanum Tribunal fuiſſet ſcriptum, Regius Auditor in eo adſtans, omnibus ſcilicet antiquior, prorsus abnuuit, & ita cum facti improbatione reſcriptum: eò quod forma in talibus compoſitionibus à Generali Commiſſario propoſita, non fuerit obſeruata; & ita nec ſecuritati conſcientiæ ſe componentis conſultum; ſicut neque ſaluti corporis infirmi conſularet, qui decretum à medico pharmacum commutaret, & quid pro quo, vt uulgo dicitur, impartiret. Nichilominùs quod factum cum fundamentis adductis fuerat, non potuit penitus infirmari: Vnde quod improbatum tunc, ſimilis compoſitionis opportunitate ſuccedente, ab ipſo Limano Tribunali factâ compoſitione probatum, re ſcilicet melius ponderatâ. Nec ſcio id à Generali Commiſſario reprehensum, qui forte neque de hoc certior factus, quia ubi dubium non eſt, ſed probabili ratione proceditur, non eſt neceſſarium ad ſuperiorem recurrere, & illius iudicium explorare: licet conueniens eſſe poſſit ad modum procedendi ſecuriorem. Quod eſt P. Suarij doctrinæ conforme ſuprà num. 4. & 6. ubi enim ex uerſimilibus Theologiæ aut Iuris principiis agitur, reuertimur ad ſuperiorem non eſt neceſſarius, ſi præſertim de illius poteſtate agatur. De quo hac ſatis.

quibus permittitur inferiori diſpenſare. Quæ ſunt uerba P. Sancij. Quod autem de Pontifice dicitur, de inferioribus aliis iudicibus etiam accipiendum, in quibus eadem ratio militat, vt ſcilicet leges ſuas non prorsus indiſpenſabiles eſſe uelint & diuini in hoc illas anteferre. Videndus etiam P. Suarius Lib. 6. citato, cap. 8. & P. Palauſ ſuprà num. 4.

240 Tandem ex eo pars iſta firmabatur, quia benigno hoc compoſitionis modo moueri alij poſſent ad eandem poſtulandam. Quod quidem non oberat quominus caſus iſte deberet raro contingens iudicari; quia vt aliquot compoſitiones tales fierent, ſpecialis concurſus circumſtantiarum inerat, nuſquam aliâ uilus, & uinam nec uidentur. Hinc ergo maius commodum compoſitionis eam magis uerſimilem efficiebat; immò & neceſſariam, quia magna utilitas pro neceſſitate computatur: vt eſt communis ſcriptorum doctrina, & amiſſio lucri pro damno habetur: unde & ratione illius benigna eſt interpretatio legis facienda, vt docent P. Suarez ſuprà, num. 14. & P. Palauſ num. 3. In noſtro autem caſu non unius tantum lucri iactura erat, ſed plurium, unde Commiſſarij lex potuit benignè interpretari.

241 Propter quæ à Commiſſario Prouinciæ de los Charcas, qui Commiſſario Generali immediate ſubeſt, licet in nonnullis obſequi Limano debeat, cum Regij Auditoris, & Quaſtoris eiſdem Tribunalis Conſilio, compoſitio modo dicto facta eſt, ad rationem ſcilicet, ſex pro centum. De quo cum ad Limanum Tribunal fuiſſet ſcriptum, Regius Auditor in eo adſtans, omnibus ſcilicet antiquior, prorsus abnuuit, & ita cum facti improbatione reſcriptum: eò quod forma in talibus compoſitionibus à Generali Commiſſario propoſita, non fuerit obſeruata; & ita nec ſecuritati conſcientiæ ſe componentis conſultum; ſicut neque ſaluti corporis infirmi conſularet, qui decretum à medico pharmacum commutaret, & quid pro quo, vt uulgo dicitur, impartiret. Nichilominùs quod factum cum fundamentis adductis fuerat, non potuit penitus infirmari: Vnde quod improbatum tunc, ſimilis compoſitionis opportunitate ſuccedente, ab ipſo Limano Tribunali factâ compoſitione probatum, re ſcilicet melius ponderatâ. Nec ſcio id à Generali Commiſſario reprehensum, qui forte neque de hoc certior factus, quia ubi dubium non eſt, ſed probabili ratione proceditur, non eſt neceſſarium ad ſuperiorem recurrere, & illius iudicium explorare: licet conueniens eſſe poſſit ad modum procedendi ſecuriorem. Quod eſt P. Suarij doctrinæ conforme ſuprà num. 4. & 6. ubi enim ex uerſimilibus Theologiæ aut Iuris principiis agitur, reuertimur ad ſuperiorem non eſt neceſſarius, ſi præſertim de illius poteſtate agatur. De quo hac ſatis.

Sextum, circa Bullam defunctorum.

242 Illud ſpeciale in Indiis circa illam occurrit, quod ad differentiam taxæ, & perſonarum ſpectat, pro quibus applicatio facienda: & pro quo ſic ſtatutum. Y la Limofna de las Bullas de Difuntos Eſpañoles, à quatro reales, à ſu valor,

ultima eſt occasione alteriorum compoſitionum.

iuxta dicta eſt facta compoſitio.

T a por

por el alma de qualquiera persona, hombre, o muger Español. Y los Indios, y Morenos, y Españoles pobres, y los que sirven a orros, Frayles, y Monjas, dos reales por cada persona difunta. Demanera que en las dichas Bullas de Difuntos no ha de auer mas que las dichas dos tasas, y diferencias. Vbi quidem non prorsus expressum an Hispanus sumens Bullam pro Indi animâ aut Æthiopiis, elemosynam eandem tribuere debeat, quam pro animâ Hispani debet: solum enim dicitur debere quatuor regales tribuere pro animâ Hispani defuncti. Verum licet non exprimatur, ex eo videtur non obscure deduci; quandoquidem pro animâ Hispani tantum illa maior taxa constituitur. Et ita aduertit P. Mendus Dissut. 36. num. 6. Potuit autem hoc ita disponi, quia cum pro Indiis illa sit taxa constituta, Indorum bono est tali assignatione consultum: vt scilicet Hispani in beneficiendo Indiis reddantur promptiores. Vbi & dubitari potest an Hispanorum nomine illi tantum veniant, qui verè tales sunt, & ad quos tantum beneficium dirigitur: sic enim neque Italis, neque Belgis Bulla prodesse poterit; vel si potest prodesse, an sit satis pro ipsis minorem taxam erogare.

Indorum in eâ bono constitutum.

Nô Hispania defunctis an prodesse possit.

Resolutio affirmatiua.

P. Mendus contrarij non docere.

Pro Catechumenis an sumi queat.

Indorum nomine an veniant inueniam genitum.

telligendi sunt, qui ex Europæis, & Indiis mixtim sunt progeniti, an verò Indorum nomine censentur. Circa quod in primis dico natam ex Europæo & Indâ, aut ex Indo & Europæâ, quoad hanc effectum non esse Hispanum censendum (vt hoc nomine Europæos omnes complectamur.) Sic P. Quinranadueñas de Præceptis Ecclesiæ, Tractat. 6. Singulari 6. generaliter statuens sic genitos omnibus Indorum priuilegijs gaudere, vnde & eo, de quo loquimur: & ante eum Ludouicus Miranda in Manuali Tomo 1. quæst. 43. articul. 2. §. Præter. & in specie nostri casus P. Mendus supra, num. 8. qui ex eo probant: nam ex Indo genitus, Indus est; quia filij patris sequuntur originem. L. Assumptio. 6. §. Filius. D. Ad municipal. & alibi vbi scribentes. Si autem mater Indâ sit, inde etiam computatur origo, vt est compertissimum. Vnde & consanguinitas pariter ex lineâ maternâ ac ex paternâ ducitur: & similia ex vtraque impedimenta oriuntur. Sed certè fundamentum hoc videtur claudicare, & scinditur. Qui ex Indo dum vnus probat, aliud destruit. Qui ex Indo genitus, Indus censeri debet: ergo qui ex Hispano, debet haberi Hispanus: atqui Hispanus absolute talis, priuilegijs Indorum non fruatur: ergo neque mixtim genitus, si absolute talis est. Nec satisfacit P. Quinrana dum tantum probat genitum ex matre Indâ esse mixti sanguinis verè & propriè. Quis enim de hoc dubitat: cum sit subiectum quæstionis. Quod autem feminæ ad genus spectent, & consanguinitatem fundent, etiam est indubitatum. Ast hoc non obstante, ex Indo genitus & matre Hispanâ Indus absolute dicitur: ergo & Hispanus ex parte Hispano & Indâ matre progenitus.

Qui affirms, & nonnullorū fundamentum.

Quod elatè dicare ostenditur.

Melior ratio ex mixtione, ex qua sit, vt mixti absolute simpliciter non sit, ex quo constat.

Responsiones aliquæ consuetae.

145. Idèd melius probari potest; quia ex Hispano patre genitus, & multò magis ex Hispanâ matre absolute Hispanus non est, si ex matre Indâ aut Indo patre veniat origo: ergo cum tantum pro Hispanis maior taxa Bullæ exigatur, non debent eo nomine comprehensî iudicari. Antecedens ostendo: nam mixtum non est absolute simplex, ex quo æqualiter est compositum, neque eius nomine absolute gaudet, vt est penitus exploratum, præsertim in viuentibus: genitus enim ex asino & equâ, non est asinus, neque equus, sed mulus; ex sue & apro, neque sus, neque aper est, sed hybrida: ex pardo & leana, non pardus, nec leo, sed Leo-pardus. Et sic in alijs: ergo similiter in casu, de quo loquimur. Quæ certissima persuasio apud Indiarum incolâs in causâ fuit, vt pro sic natis specialem gratiam à Sede Apostolicâ eorum salutis solliciti curatores exposcerent, vt Indorum possent priuilegijs quoad iucunda matrimonia frui. Vbi nequit dici vulgarem illum fuisse sensum, de quo non curandum, iuxta ea, quæ adducit P. Quinrana supra singulari 7. num. 7. Quia sic existimantes & perentes, non vulgares homines, sed valde sapientes & experti fuerunt. Nec responderi vltimè potest priuilegia ista ad tollendos scrupulos postulata: nam si eâ ratione id tantum factum fuisset, ante postulationem fuisset vtiq; practicum vitiorum sapientium Consilio, vt in alijs accidit: & specialiter comprobari potest in Priuilegio Pij V. ad recitandum diuinum Officium totum manè ratione itineris, occupationis, aut maioris

matris deuotionis, & Matutinum ante solis occasum, de quo in Priuilegijs Societatis. V. Horæ Canonice. De hoc autem inferius ex professo agendum, vbi de Indorum priuilegijs: ad institutum enim præsens ratio adducta sufficit, quæ est penitus manifesta.

De Æthiopicis idem quod de Indijs.

Difficultas peculiaris de Quateronibus.

Affirmatiuum quorundam fundamenta.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Negatiua sententia statuuntur.

246. Quod autem de mixtâ Hispanorum & Indorum generatione est dictum, similiter est de generatione mixtâ Æthiopicum asserendum propter eandem rationem: natus enim ex Hispano patre & matre Æthiopicâ, neque Hispanus neque Æthiops est; neque reipsâ neque communi æstimatione. Nec ad casum, in quo sumus, necessaria est quæstionis illius non ita expedita discussio, an scilicet Æthiopes priuilegijs Indorum gaudeant, de quâ, Deo dante, inferius Titulo 12. n. 129. cum modò sit satis scire illos non esse Hispanos absolute, & ita pro defunctorum animabus quæ sumitur Bulla, minori est taxâ regulanda: sicut & de quacumque aliâ mixturâ dicendum.

247. Illud profectò difficilius, an ex Hispano patre, & mixtim genita matre, siue Indicus, siue Æthiopicus, aut quilibet alius sanguis sit, natus filius Hispanus censendus sit; & ita priuilegio dicto nequeat frui: vel etiam si Hispanus dicatur propter mixtionem dictam, idem sit illi concedendum. Circa quod aliqui affirmatiuè prorsus respondent, quatenus de omnibus priuilegijs loquuntur: & id probabilitate non carere existimat P. Quintana Singulari 7. citato; pro eoque aliqua fundamenta adducit. Primum ex eo quod isti verè Indorum filij sunt, eâ receptissimâ loquendi formâ, quâ & aui & proauu vocantur parentes: sic enim & Abrahami & Davidis filius dicitur in Euangelio Christus. Secundum; quia in istis est ratio eadem, quæ in Mestizijs, Indicus scilicet sanguis, ad quem Pontifices attenderunt, cum gaudent illos priuilegijs Indorum in matrimonijs indullerunt. Tertium; quia Pontifices in priuilegijs solum requirunt vt sint mixtim progeniti, quod de prædictis verificatur, & licet Mestizios vocent, id non est taxatiuè intelligendum, sed demonstratiuè, & exempli gratiâ; exempla autem non arctant regulam, iuxta communem doctrinam, de quâ supra. Quartum; quia licet Pontifices tantum ad postulata respondere soleant, & sic ad postulationem pro Mestizijs Paulus V. & alij fauorabilem præstitissent responsionem; cum tamen illi ad priuilegij fructum solum exigant quod sint mixtim progeniti; huic est regulâ potius attendendum. Quintum; quia vulgaris opinio, quæ pro Indiis eos non habet, non est curanda, quia frequenter erronea. Ex quibus non solum prædictos, qui scilicet tres partes Hispani sanguinis habent, sed etiam qui tales dicuntur ob quartam additam portionem, quia ex matre Quateronâ, similiter priuilegijs gaudent eidem ibidem arbitratur; licet cum formidine, & ita rem doctioribus expendendam & iudicandam relinquat, addens in fine communissimam doctrinam de priuilegijs Principum latissimè interpretandis.

248. Sed certè adducta momenti sunt perexigui ad nimiam istam, & plus nimio latam extensionem. De priuilegijs quidem circa matrimonia pro Mestizijs concessis ad alia Indiis propria extensionem fieri non patiuntur viri doctissimi

simi, vt videri potest apud Dom. Solorzanum Tomo 2. lib. 1. cap. 28. num. 52. & tenet etiam Cardinal. Lugo in Responsis moral. lib. 6. amb. 5. num. 3. & 4. Quid illi de extensione ad Quateronès dicerent? Et tamen hac non contenti, nescio qui fauorum amplificatores eximij ad Quateronum filios extensionem trahunt, ex quo fit vt ad Quateronum filios; nepotes, & pronepotes, non sint qui extendant defuturi. Et hæc ratio contra illos facientem Christus Dominus (vt suo eos vigeamus exëplo) filius dicitur Davidis & Abraham, & tamen quamplures generationes præcesserunt: ergo similiter in casu nostro. Quod si hoc non admittitur, primum ex adductis fundamentis infirmum esse conuincitur. Sicut & secundum, scilicet consanguinitas, propter quam hæreditates ad valde remotos transire solent, & in Maioralibus est notissimum: cum ergo ea ratio nimium probet, nihil probare concluditur. Tertium item fundamentum corruit, si Pontificum intentio mixtionem sanguinis tantum respicit, & Mestiziorum nomen exempli tantum gratiâ in eorum est Bullis expressum. Similiter & quartum, quod ad præcedentia reducitur, de respectu sanguinis mixti, & intentione Pontificum, quæ pro regulâ habenda, quidquid postulatio contineat, cui respondere solet Pontificia decisio: ratio enim mixtionis huiusmodi in multis alijs reperitur. Quintum insuper; quia licet vulgus remotiores in gradu pro Indiis non habeat; errare in hoc, sicut in alijs, existimandum est, & magno illo argumento mixti sanguinis corrigendum.

Primi fundam. commisso.

Secundum etiam sumum.

Tertium corruere.

Quartum infirmum.

Sicut est quintum.

249. Iuxta hæc ergo videtur necessario dicendum non quacumque mixtionem sufficere ad hoc vt ex Indico veniens sanguine nequeat Hispani nomine absolute gaudere. Si enim sanguis Hispanus superet, talis absolute reputatur, vt in filio Hispani & Mestizij, & sic in mixturis alijs. Quemadmodum vinum modicè lymphatum absolute dicitur vinum, secus si tantumdem sit aquæ ac vini. Quâ ratione docti Theologi affirmant vinum in calice cum aquâ modicâ consecrationi dispositum, in Christi sanguinem immediate cum aquâ simul conuerti; quia totum illud absolute dici potest vinum secundum receptissimum loquendi morem. Pro quo P. Agidius de Sacramentis, quæst. 74. in Dubio circa Articulum 3. & alij, quos adducit P. Martin. Tomo 4. Dissutat. 29. num. 56. Et licet hoc non admittat Auctor iste cum alijs multis: nihilominus ex illius doctrinâ præsens posicio firmatur: ait enim num. 61. formam consecrationis Calicis, cum dicitur, Hic est, non totum contentum, sed vinum tantum designare ex institutione Christi, quia in illo vinum præcipuum est, ex quo denominatio sumitur. Idem ergo est in casu nostro dicendum: quod scilicet denominatio sit à præcipuo detumenda. Sic & aqua absolute calida dicitur, in quâ calor excellit, licet non sit summus, & ita cum admixtione frigiditatis; sicut & frigida, cum frigus est maius: & idem est in temperamento aliarum qualitatuum, sicut & in rebus alijs, quorum obuia exempla succurrunt.

Ex eo quod superet sanguis in mixtione, denominatio absolute desumitur in ordine ad priuilegia.

250. Non ergo ita fauores in priuilegijs ampliandi, vt voces extra propriam & absolutam significationem abducantur. Priuilegij enim verba sunt attendenda. Cap. Porro, & Cap. Receptum signum.